



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Debitum coniugale.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

Debitum coniugale, vide Matrimonij impedimenta, votum.

1 **Q**ui coniux alterius coniugis voto continentiae consensit, etiam si ipse non vouerit, non potest petenti debitum reddere, ne eius peccato cooperetur. Quibus verò alijs casibus vel debeat, vel possit debitum petenti negari, vide *Syluest. V. debitum coniugale q. 1.*

2 Potest, qui non vouit petere debitum ab altero, qui etiam se consentiente vouit continentiam. Quod si communi consensu uterque vouit; neuter petere potest aut reddere. *Syl. verb. matrim. 6. q. 5. §. Solo lib. 7. q. 3. art. 1. & nu. 4 d. 17. q. 1. art. 4. Nau. c. 12. nu. 59. & dispensatio ad Papam pertinet tanquam voti perpetuae castitatis; non verò ad Episcopum; nisi quando ad Sedē Apostolicam non patet recursus. Nau. ib. Syl. ib. & V. dispensatio q. 6.*

* *Nau. c. 16. num. 32. {Papam} Nau. l. c. Tol. l. 7. §. 21. num. 5.*

3 Cum uterque vouit non petere, possunt copulari, non petendo tamen, cum alter intelligit alterum, si posset petiturum. *Ex Nau.*

4 Contrahens matrimonium post votum castitatis non potest vnquam petere, nisi aut dispensante Episcopo, aut in gratiam alterius coniugis, si cognoscat ipsum velle, sed non audere petere; hoc enim est quoddam

F 6 reddere.

reddere. *Sylu. matrim. 7. q. 5. §. 2. Nauar. c. 12. nu. 80.* Post votum autem non contrahendi matrimonium petere potest qui contraxit, & post votum religionis, qui consummauit.

* *Nau. c. 12. numer. 59. & c. 16. nu. 30.* Vide *Sot. d. 38. q. ar. 2.* { est enim } *Nau. l. c. 1.* Conceditur dispensatio, si sit periculum incontinentiæ, *Nauar. l. c.* Dispensabit Episcopus, dum viuet coniux; nam post mortem seruandum erit votum, vel petenda à Papa dispensatio. *Sot. l. c. vide Nau. c. 12. nu. 59.*

5 Copulam, si fiat ad vitandum in se fornicationis periculum, esse peccatum veniale, alij aiunt, alij probabilius negāt; certè ad vitandum in coniuge, non est. Item si fiat ad vitandum morbum: est verò, si fiat causa sola voluptatis.

* *Lege Syl. vers. Debitum nu. 13.* { Negant } *Sot. d. 31. q. 1. art. 4. concl. 2.* { est verò } Vide *Sot. l. c. ar. 3.* quidā tamē, falsò, docuerūt esse p. m.

6 Copulari ante benedictionem, leue peccatum est, (etsi quidam mortale esse putant) quin etiam expedit, si multum illa defferatur, & sit periculum incontinentiæ.

* *Val. l. c.* si absit contemptus. *Lopez p. 1. c. 83. Nau. c. ibid. numer. 38. c. 22. numer. 83. Vial. de matrim. numer. 254. contra D. Anton. 3. p.* Vide *Syl. l. c. num. 11.*

7 Dubitans an sit validum matrimonium, reddat debitum, & si post inquisitionem diligentem

gentē adhuc dubitat, petere etiam potest, deponendo dubium practicē, *Vide c. 44. de sent. excommuni.*

**Nau. c. 22. num. 54. Val. t. 4. d. 8. q. 6. p. 2. Vide Lopez p. 1. c. 81. Ledes. q. 41. art. 1.*

Vide Val. 14. d. 10. q. 6. p. 2. Sanchez l. 2. d. 41. a. num. 42.

Potest si putet licere, sibi competitionem.

Nō tenetur credere, aut dubitare ob vnum testem. *Nau. l. c. nu. 82. Val. l. c.*

8. A coniuge adultero, vel adultera, etiam publicē, licet petere, & etiam reddere; nisi ex hoc adulter in suo peccato confirmetur. Potest & adulter & adultera à coniuge petere: sed is potest negare, nisi etiam ipse sit adulter, aut causa adulterij coniugis.

**Vide Syl. l. c. nu. 12. Sot. 36. q. vii. ar. 2. vxor à viro publicē adulterante potest petere: at vir, si adulterium vxoris publicum sit, & scandalum, pertuicaciaque vxoris timeatur non potest petere. Val. l. c. Nau. c. 16. nu. 28. Lopez. l. c. c. 83. Tol. l. 7. c. 20. vers. Sanchez. l. 10. d. 13.*

9 Non tenetur coniux intra duos menses debitum reddere, si velit de statu Religionis assumendo deliberare. *Vide c. Ex publico, de conuers. coniug.*

**Sot. d. 32. q. 1. art. 3. Lopez l. c. Nau. l. c. num. 27. Sanchez. l. 2. d. 24. num. 25. Tol. l. 7. c. 24. nu. 3. Val. l. c.*

10 Reddendum debitum coniugi, cum apparet

paret periturum, nisi pudore impediretur.

**Val. l. c. Nau. l. c. nu. 25.*
 11. Tempore menstrui debitum petere aut reddere quidam mortale peccatum putant: quod alij probabilius negant.

**Mortale* } *Scot. d. 32. in 4. Med. fol. 112. Syll. l. c. num. 12.*

Negant } *Nau. l. c. num. 32. Val. l. c. Ant. Palud. D. Tho. Caiet. Lopez l. c. c. 82. vide Scot. d. 32. q. 1. art. 2. Val. l. c.*

12. Copulam in loco sacro mortale esse peccatum, etiam reddentis, quidam aiunt: ego etiam petitionem puto aliquando posse à mortali excusari, ut si fiat ad vitandum peccati periculum, aut alia iusta causa.

**Aiunt* } *Val. l. c. Scot. l. c. Nau. c. 16. num. 32. Scot. distinctio placet Lopez p. 1. c. 82. putantis concubitum secretum (tunc enim Ecclesia reconcilianda non est) non esse fortassis p. m. & Peccati* } *si diu in Ecclesia morentur. Tolet. l. 5. ca. 12. mortale autem causa prolis, aut voluptatis.*

Ego verò } *Suarez t. 3. d. 81. sect. 4. vide Ledesma q. 64. num. 3.*

13. Qui coniugis cognatam in primo vel secundo gradu cognouit, non potest debitum petere, (potest verò petere alter coniux, & petenti negare) nisi dispenset Episcopus, aut ignorauerit esse cognatam, aut per vim cognouisset, Quidam tamen dicunt, si petat non peccat

peccare mortaliter: quod ego non admiserim
in sciente Ecclesiae prohibitionem.

**Tol. l. c.* non loquitur tamen de gradu; idem
Val. l. c. q. 5. p. 3. vers. Affinitas. Lopez. l. c. 80. in-
cestuosum cum vxoris consanguinea intra
quartum gradum arceri ait à petendo debi-
to: & Episcopum dispensare, si non sit facilis
ad Papam accessus: sed ad secundum gradum
restricta est affinitas ex fornicatione à *Trid.*
sess. 24. c. 4. de refor. Cum Sà sentit *Nauar. l. 4.*
consil. 6. de consang. & affinit. sit autem vel stu-
prum, vel adulterium, vel sacrilegium parui
refert, Dispensat Episcopus. *Tol. l. c.*

Ignorauerit } *Nauar. c. 16. nu. 34. (Per vim) c. Dis-*
cretionem de eo, qui cogno. conf. vxo.

14. Nullus copulæ modus, si fiat in vase debi-
to, idest intra vxoris pudenda, est peccatum
mortale; nisi sit periculum impediendi gene-
rationem, nec si fiat in festo, aut quouis alio
tempore, aut cum vxore grauida: modo ab-
sit periculum abortus.

*Si semen recipi queat à vase naturali, si sine
periculo pollutionis extra vas. *Val. l. c. Tol. l. 7.*
c. 20. nu. 1.

Festo } *D. Th. add. 3. p. q. 64. art. 7. Lopez p. 1. c.*
83. Nau. c. 16. num. 24. } Grauida } si non impe-
diatur generatio, & absit periculum abortus.
Val. Naua. l. c.

Superiori, vel aduersa venere si in vase na-
turali virum admittat vxor, & semen attra-
hat

hat ad generationem necessarium, non peccat mortiferè: secus, si experta noscat effundere suum, & non attrahere virile semen. Lopez l.c.c.82.

15 Excusat à reddendo debitum periculum morbi, quod si est infectionis etiam periculum, licebit non solum toro, sed etiam cohabitatione separari.

*Val.l.c.Lopez q.79. & 83.l.c.

16 Coniugi amanti potest alter debitum reddere, sed non tenetur, quia non liberè petit.

*Non tenetur } Lopez c.82.l.c.nisi videatur in periculo incontinentiæ. Naua. c.16.nu.27. putat teneri, si possit sine notabili periculo.

17 Inchoatam copulam omittere ante seminationem, non est mortale; nisi sit alterutro ex eo periculum pollutionis.

*Fum persl. Debitum coniug.nu.9.

18 Non est mortale non reddere sæpissimè & molestè petenti: moderatè enim petenti aut sic petenti, vt non intendat ad mortale peccatum obligare; aut quia plures iam sunt filij, quam vt ali possint à parentibus. In omnibus tamen dictis casibus excipiendum, nisi in petente esset alioqui periculum incontinentiæ.

*Lopez c.80.c.

19 Debitum petere nocte, manè commutaturum, peccatum est, sed non mortale.

*Nau.c.21.nu.51. Vinal. de matrimonio.nu.20

D.Tho

D.Tho
Addi
tatis
Sor. d
religi
gredi
castit
cum a
proba
proba
coniug
An
nimo
endi c
Non p
i. quod
Duc
permi
58. art.
Vir
gnosce
viuere
Furia
si tolla
efficit.
Cum
Lopez q
Rem
coniug
in eo ad

D. Thom. 4. d. 32. Tol. l. 7. cap. 21. num. 4.

Addit. 3. Qui post votum Religionis aut castitatis matrimonium contraxit. m. p. patrauit. *Sot. d. 38. q. 2. art. 1.* Qui contraxit, cum voto religionis, ante cōsummationem tenetur ingredi. *Sot. l. c.* An autem etiam qui cum voto castitatis, dubium est. ait *Nauar. ca. 22. nu. 73.* cum alijs, negat. *Sot. l. c. Lopez p. 1. c. 50.* vtraque probabilis; sed prima *Ledes. q. 53. ar. 1. pag. 382.* probabilior, si sit ad religionem aptus, & in coniugio votum seruare nequeat.

An contrahens cum voto castitatis sine animo consumandi, sed religionem ingrediendi cupidus, peccet mortiferè, problema est. Non peccare hunc putat *Caiet. 3. p. q. 29. artie. 1. quod Ledes. l. cap. probabilius putat pag. 379.*

Duo amentes, ob prolis iniuriam, non sunt permittendi, vt copulæ operam dent. *Ledes. q. 58. art. 3. & hoc permittere m. p. est. ibid.*

Vir compos mentis amentem vxorem cognoscens peccat: nam cum abortus periculo viueret, si conciperet. *Ledes. in q. 58. art. 3.*

Furia, & amentia matrimonium præcedens, si tollat rationis vsu, matrimonium nullum efficit. *D. Th. addit. 3. p. q. art. cit. Ledes. ibid.*

Cum vxore nuper enixa rem habere. p. v. *Lopez q. 83. ex Sot.*

Rem habere cum coniuge, ac si non esset coniux, vel cupiendo aliam non coniugem in eo actu. p. m. *Val. l. c. ex communi, Nau. c. 16.*

nu. 23. explicandaque desideratæ personæ circumstantia in confessione.

DECIMAE.

1. **D**ecimæ non debentur, vbi non est eius rei consuetudo: & quidem personales, id est ex luco industriæ, nullibi ferè sunt in vsu.

*De Decimis *Azorim* l. 7. c. 34.

**Nau* c. 21. nu. 32. *Tol.* l. 6. c. 20. num. 5.

2. Decimas non debet clericus ex fructibus Ecclesie, nec ex patrimonio, si ecclesie seruiat cui debentur decimæ: stādum tamen consuetudini præscriptæ in ijs, & similibus.

**Syl.* vers. *Decima* nu. 8.

3. Si de prædio dotetur Ecclesia, non ideo liberatur ab obligatione soluendi decimas, quas soluebat alteri Ecclesie.

4. Decimæ animalium pars debetur Parochiæ propriæ, pars ei vbi pascuntur, nisi aliud sit in more positum. **Syl.* l. c.

5. Non soluens decimas ob iustum impedimentum, potest absolui (secundum *Nauar.*) non obstante Concilio Trid.

Nau. 3. c. 21. n. 32. c. 17. n. 59.

Trid. 3. sess. 25. c. 12. de refor.

Degradatio, vide Depositio, Hora Canonica.

1. **D**egradatus Clericus (quod fit ob crimina grauiora)